

semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ dictus Innocentius prædecessor in suis literis voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pisc. die XIX. Februarii MDCCI. Pontif. nostri anno Primo.

X.

Confirmantur Decreta Capitulum Generalium Congreg. S. Bernardi Castellæ Ord. Cisterciensis de suffragio Lectorum, & Prædicatorum.

Ab Urb. VIII. Const. ed. 1628. Apr. 4. donati fuerunt suffragio nonnulli Prædicatorum. Et Ejus Pontificis Const. præced. concessum fuit suffragium quibusdam Magistris. Const. vero ed. 1704. Feb. 20. P. A. extat restitutio numeri vocalium pro Congreg. Hispaniarum. Et Const. sequenti agitur de suffragio quorundam Lectorum, & Prædicatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ab Urb. VIII. concessum fuit suffragium Prædicatoribus quorundam Urbium post 12. annos.

Decretis Capitularibus reductis fuit eorum numerus ad sexaginta.

Item immutatus Lectorum, & Prædicatorum Jubilatorum numerus pro eodem suffragio.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prudentius de Resa Abbas Generalis, & Monachi Congregationis Sancti Bernardi Castellæ Ordinis Cisterciensis, quod cum juxta quasdam fe. re. Urbani PP. VIII. Prædecessoris nostri literas die 4. Aprilis 1628. seu alio veriori tempore expeditas, omnes dictæ Congregationis Monachi, qui Verbum Dei in Civitatibus Tolosana, Salmantica. ac Oppidis Madriti, & Compluti, per duodecim annorum spatium prædicavissent, ad vocem activam, & passivam admittentur, vocalium vero hujusmodi numerus supra modum excrevisset, & inde multa inconvenientia oriri compertum esset, ut dictis inconvenientibus remedium adhiberetur in quinque Capitalibus Congregationis prædictæ ab Anno 1676. usque ad Annum 1698. celebratis pro bono ipsius Congregationis regimine decretum fuit, ut deinceps ex dictis Monachis, qui ut præfertur prædicaverint, sex dumtaxat ad dictam vocem activam, & passivam recipiantur, ac aliquo, seu aliquibus eorum deficientibus alii, qui similiter prædicaverint, & a Capitulo approbati, ac cæteris, tempore a die suscepti habitus Regularis computato, antiquiores sint, in eorum locum subrogentur. Porro in uno ex supradictis, seu alio Capitulo generali ejusdem Congregationis decretum pariter, & stabilitum fuit, ut in futurum ex Lectoribus, & Verbi Dei Prædicatoribus Jubilatis, illi dumtaxat, qui per integrum,

tempus a Constitutionibus dictæ Congregationis præfixum legerint, & prædicaverint; ad eandem vocem activam, & passivam admittantur nec ipsis simplex expeditio Patentium literarum eorum deputationis in Lectores, & Prædicatores Jubilatos hujusmodi ad hoc suffragetur.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, ipsi Exponentes ea, quæ in memoratis Capitalibus Generalibus, sicut præmittitur, decreta fuerunt, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiti, & quia nonnulli, qui tempus Lecturæ, & prædicationis a Constitutionibus, ut præfertur, præfixum, non expleverant, sed solum per patentes literas in Lectores; & Prædicatores Jubilatos deputati fuerant ad dictam vocem contra Urbani Prædecessoris literarum, & Constitutionum prædictarum dispositionem admissi fuerunt, omnes, & quoscumque defectus ex illorum admissione hujusmodi secutos, auctoritate nostra sanari plurimum desiderent: Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a lure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, prænaratum Decretum de reductione Prædicatorum in futurum, auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus. Quo ad graduationem vero Lectorum, & Prædicatorum Jubilatorum non nisi illos, qui ad formam Constitutionum actu legerint, & prædicaverint ad suffragandum admittendos esse, eadem auctoritate, harum serie decernimus, & declaramus, ac omnes quorumcumque actuum exteroqui legitime factorum, & gestorum defectus ex memorata similibus, Lectorum, & Prædicatorum, qui actu non legerant, aut prædicaverant ad suffragium admissione secutos, auctoritate, & tenore prædictis sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.2. Decernentes pariter easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus supradictis Urbani Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Or-

Proces. Congregationis.

Confirmatio prædictorum Decretorum.

Claufulæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Februarii MDCCI. Pontificatus nostri anno primo.

XII.

Confirmatur Decretum Congreg. Episc. & Reg. de Abbatibus Congreg. Sancti Bernardi Italiae Ord. Cisterciensis non confirmandis in eodem Monasterio, vel officio post quinquennium.

Dat. 27. Martii 1701. An. 1.

Id institutum fuit ab Alex. VIII. Const. ed. 1656. Martii 8. De non eligendis in Abbatem extat Alex. VIII. Const. ed. 1689. Dec. 23. P. 1. Hujus vero Pontif. Const. ed. 1710. Oct. 13. P. 10. agitur de equalitate servanda in Generalatu, Abbatibus, aliisque officiis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Provincie Lombardie Congregationis Sancti Bernardi Italiae Monachorum Ordinis Cisterciensis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod per Constitutiones dictæ Congregationis Sancti Bernardi a felic. record. Urbano VIII. Prædecessore nostro Anno 1641. specificè confirmatas, super quarum observatione postmodum dicta Congregatio Cardinalium per suum Decretum die 22. Novembris 1646. emanatum nequaquam sub nullitate, aliisque gravioribus ad ipsius Congregationis Cardinalium arbitrium imponendis poenis dispensandum esse, reservata sibi ad id omnimoda facultate, declaraverat, illarum Capit. 23. stabilitum reperiebatur, ut Abbates dictæ Congregationis Sancti Bernardi, qui aliquod Monasterium per triennium, ab uno scilicet usque ad aliud Capitulum generale, gubernassent, in ejusdem Monasterii gubernio ad aliud triennium confirmari, sicque in gubernio hujusmodi per sexennium continuè remanere valerent, dicto autem sexennio finito, a gubernio prædicto per triennium vacare deberent. In quibusdam vero rec. mem. Alexandri VIII. Prædecessoris pariter nostri Literis in simili forma Brevis die 8. Maji 1656. expeditis, per quas Idem Alexander Prædecessor celebrationem Capituli prædictæ Congregationis Sancti Bernardi in posterum de quinquennio in quinquennium faciendam esse statuebat, præscriptum erat memoratos Abbates, dicto quinquennio elapso, non posse confirmari in eodem Officio. Et in eadem expositione subjuncto, quod nonnulli ex eis, ut in Officio hujusmodi confirmari valerent, illi, aliquo tempore antequam dictum quinquennium compleretur, renunciabant, ac deinde illud ipsum in futuro Capitulo reassumebant; quo vero tali abusu remedium adhiberetur, alii Abbates ejusdem Congregationis Sancti Bernardi ad dictam Cardinalium Congregationem recursum, habuerant, ipsaque Congregatio Cardinalium per suum Decretum die 24. Martii 1689. emanatum dictum abusum prohibuerat, ac Constitutionum, & Alexandri Prædecessoris Literarum præfatarum observantiam expressè deman-

Ex Constitutionibus Congreg. Abbates confirmati non poterant in eodem Monasterio, vel manere post sexennium.

Ab Alexand. VIII. id redactum fuit ad quinquennium.

A. S. Congreg. declaratum fuit idem servandum, etiam si emerit abdicatio Officii in fine quinquenni.

Ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis S. Bernardi, & ordinis hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX. Februarii MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XI.

Indicatur Jubilæum universale initio Pontificatus pro salutari Ecclesiæ regimine.

Dat. 25. Febr. 1701. An. 1.

Simile jubilæum extat In. XII. Const. ed. 1691. Nov. 12. P. 1. Et In. XIII. Const. ed. 1721. Maji 27. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis presentibus literas inspectionis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium a causis Jubilæi petitur.

IN supremo militantis Ecclesiæ Solio per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, meritis licet imparibus, collocati, dum Pontificiarum curarum molem humilitati, atque infirmitati nostræ impositam, si unquam alias, nunc certe inter tam gravia imminuentium bellorum discrimina, aliisque plurimas rerum, ac temporum difficultates, maxime onerosam contuemur, crebra ex imo corde suspiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur, ingenti sane pavore correpti, ne in altitudinem maris delati, surgentibus undique tempestatum procellis obruamur. Quamvis vero in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se confundi non patitur, spem nostram collocantes, omnem pro salute commissi Nobis Dominici gregis laborem alacriter subire parati simus, nec non pro eo, quo publicæ quietis custodiendæ desiderio tenemur, quicquid in Nobis est virium, atque consilii, in id conferre studeamus, ut Principum Christianorum animi, sublatis omnibus illis, quæ concordiam turbare possent, arctiori, atque indissolubili charitatis vinculo conjungantur: attamen quia vani sunt hominum conatus, nisi gratiæ cælestis ope adjuventur, ad vestrum omnium, quibus nostra impendenda est sollicitudo, orationes confugimus, ut exoratus concordibus fidelium precibus Dominus, qui dat lassio virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat, det Nobis sedium suarum assistitricem sapientiam, populumque suum optatæ cumulet lætitiæ tranquillitatis. Hæc autem, ut ferventiori charitate, majorique fructu fiant, præsum Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorum morem sequentes, Ecclesiæ thesauros dispensationi nostræ creditos proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

§.1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia. (Reliqua vide Alex. VIII. Const. edit. 1689. Dec. 11. P. 1.)

daverat; itaut nec renunciacionis, nec alio titulo, aut pretextu cuiquam dictorum Abbatum ad idem Officium redire liceret. Verum postea enatum fuerat dubium, utrum dictum Decretum etiam Abbates Regiminis dicte Congregationis sancti Bernardi comprehenderet, itaut etiam ipsi renunciacione pauco tempore ante completum quinquennium facta, ad Officium Abbatis regiminis huiusmodi, si scilicet non eadem quam antea Monasterio praesent, ad aliud immediate sequens quinquennium denuo assumi, adeoque ad gubernium Monasterii dictum Officium Abbatis regiminis per praefatas Constitutiones annexum habentis eligi valerent, an vero per triennium a dicto Officio Abbatis Regiminis, & proinde etiam a Gubernio similis Monasterii vacare deberent, ac dictum triennium vacationis compleri oporteret huiusque dubii ratio ex Capitulo XVIII. memoratarum Constitutionum desumebatur, ubi praescribebatur dictos Abbates regiminis in eorum Officio tanto tempore, quanto alii Abbates praerati in gubernio alicuius Monasterii durare, & ab eo pariter etiam tempore vacare debere, eo dumtaxat casu excepto, quo aliquis ex ipsis in Praesidentem eligeretur; ac proinde dictus Procurator Generalis dubium huiusmodi a dicta Congregatione Cardinalium declarari, ac quoscumque defectus in electionibus superiorum, & aliis actibus a dictis Abbatibus Regiminis fieri solitos ob ipsorum, seu alicuius eorum electionem ad gubernium Abbatis regiminis annexum, ut praeretur, habentis, licet ab Officio huiusmodi per triennium non vacassent, factam fecutos servari summo-pere desiderabat: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminen-tissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, referente Eminen-tissimo Gabriellio censuit, ac declaravit servandum esse enunciatum Breve Alexandri VIII., & Decretum ejusdem Sacrae Congregationis 24. Martii 1689., etiam quoad quoscumque de regimine, & vacationem intelligendam esse de integro triennio. Romae 6. Augusti 1700. = G. Cardinalis Carpinus = J. M. Panciatius Secretarius.

Dubium sub-  
ortum an de  
intelligendum  
de Abbate  
Regiminis.

Resolutio, &  
Decretum af-  
firmati-um  
Congregatio-  
nis.

Præces Proc.  
Gen.

Consi-deratio  
relati Decre-  
ti.

robor adjicimus, ac omnes, & singulos quorum-cumque actuum ceteroqui legitime factorum, & gestorum defectus, qui in illis propter memo-ratam Abbatum regiminis ad gubernium Mo-nasterii Officium Abbatis regiminis annexum habentis, quamvis ab Officio huiusmodi per triennium non vacassent, electionem hactenus quomodolibet intervenerunt, eadem aucto-ritate harum serie supplementis, & sanamus: fal-va tamen semper in praemissis auctoritate praefa-tae Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem praesentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for-tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis res-pective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irri-tum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-tigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Consti-tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Congregationis Sancti Bernardi, & Ordinis huiusmodi, etiam Juramen-to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiisque quoque, & Literis Apostolicis in con-trarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore per-manentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Martii MDCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XIII.

Publicantur Literae Processus die Coenae Do-mini.

Eadem Litera publicata fuerunt ab Alexand.VIII an:1690, Mar:23, P.1. Et ab Inn.XIII.an:1722, Apr.29,P.1.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianae Reipublicae pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assidue versatur, tum possitimum in Catholicae Fidei, sine qua impossi-bile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda, maxime elucet. Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinae in nequitia hominum ad circumven-tionem erroris, sed omnes occurrant in uni-tatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum per-fectum,

Clausula.

Exordium  
obligatione  
Romani Pon-  
tificis confer-  
vandi fidei  
et eam fidem  
Catholicam.

Exordium ab  
obligatione  
Romani Pon-  
tificis confer-  
vandi fidei  
et eam fidem  
Catholicam.

fectum; neque se in hujus vitae societate, & communione laedant, aut inter se alter alteri offensionem praebant, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tamquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Rom. Pontifice Beatiss. Petri Successore, a quo totius Ecclesiae unitas dimanat, au-geantur in aedificationem; atque ita Divina-gratia adjutrice, sic praesentis vitae quiete gau-deant, ut futura quoque beatitudine perfruan-tur. Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prae-decessores nostri, hodierna die, quae anniver-saria Dominicæ Coenae commemoratione so-lemnis est, spirituales Ecclesiasticae disciplinae gladium, & salutaria iustitiae arma per mini-sterium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consu-erunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam, Deo auctore, tueri vetu-stum, & solemnem hunc morem sequentes.

§.1. Excommunicamus (Reliqua vid. Cle-mentis X. Const. ed. 1671. Mar. 26. P.1.)

Datum Romae apud S. Petrum anno Incar-nationis Dominicæ millesimo septingentesimo primo, Nono Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno Primo.

\*  
Dat. 28. Mar.  
1701. An. 1.

XIV.

Conceditur Votantibus Signaturæ Iustitiæ fa-cultas transferendi pensiones.

De translatione Pensionum vid. Innoc. XI Const. ed. 1678, Feb. 7. P. 2. De facultate testandi Car-dinalium Inn. XII Const. ed. 1693, Oct. 15, P. 2. De habitu ad Votantium Inn. XII Const. ed. 1695 Aug. 20, P. 5. Et de Cordone violaceo Ben. XIII Const. ed. 1727, Jul. 12, P. 4. Const. edit. 1701, Aug. 12, P. 1. extenditur praed. facultas transfe-rendi pensiones.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium  
causa huius  
Concessionis  
petitum.

Romanus Pontifex, Supremus gratiarum dispensator in Terris a Domino constitutus illos, qui aliduos, gravesque labores pro Jus-titia unicuique aequa lance administranda lau-dabiliter sustinent, specialibus privilegiis exor-nat, sicut eorum meritis convenire arbitra-tur.

§.1. Itaque ad eximia dilectorum filiorum modernorum utriusque Signaturæ nostrae Re-ferendariorum in Signaturæ nostrae Iustitiæ Vo-tantium in Nos, ac Apostolicam Sedem merita, paternae dirigentes considerationis intuitum, eosque proinde, ac illorum Successores, ut eo alacrius fidem, operam, industriam, atque sedulitatem in ejusdem Sedis obsequium adhi-bere fudeant, specialis favore gratiae prosequi volentes, & ipsorum modernorum Votantium singulares personas a quibusvis excommunica-tionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-clesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore cen-

sentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, praedictis modernis, & pro tempore existentibus Referendiis dicte Si-gnaturæ Iustitiæ Votantibus, ut ipsi pensiones annuas Apostolica sibi auctoritate super quibus-vis fructibus Ecclesiasticis reservatas, & pro tempore reservandas usque ad summam centum scutorum monetæ dumtaxat, ad favorem unius seu plurium personarum Ecclesiasticarum, seu Clericorum, ac alias pensionum huiusmodi ca-pacium, etiam in mortis articulo, coram No-tario, & testibus, & cum alicujus Praelati, seu Personae in Ecclesiastica dignitate constitutæ interventu transferre (servata tamen forma Constitutionis fel. recordat. Innocentii PP. XI. Praedecessoris nostri super translatione pensio-num editæ) libere, & licite possint, & valeant, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Concesso  
praedictis  
ad summam  
centum  
monetæ  
facia juxta  
Const. Innoc.  
XI.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut in-teresse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi seu ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversus illas a perititionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam mo-tu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas praesentes literas sub quibusvis simulum, vel dissimulum gratiarum revocationibus, sus-pensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem praefatam in genere, vel in specie, aut alias quo-molibet, & quodcumque faciendis, com-prehendi, vel comprehensas censerit, sed sem-per ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum res-titutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data, per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spec-tat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscum-que Judices ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliove quoslibet quacumque praesentia, & pote-estate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Quocirca dilectis filiis nostris ejusdem S. R. E. Vice-Cancellario, & Camerario, & Cau-sarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Au-ditori per praesentes motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi,

Executores  
harum literarum.

ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte predictorum Votantium, seu alicujus eorum, vel aliorum interesse in praemissis pro tempore habentium desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsas praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, ipsosque modernos, & pro tempore existentes Votantes, & alios, quos eadem literae concernent in futurum, praesentium literarum, & in eis contentorum eorundem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentibus illos, seu eorum quempiam desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententiis, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, ac quatenus opus sit, de praesando consensu in partitionibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Martii MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

X V.

Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis Suae.

Similia Privilegia concessa fuere ab Inn. XII. Const. ed. 1691 Nov. 27. P. 1. Et ab Inn. XIII. Constit. ed. 1711, Maji 26. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nominis Familiarium.

Venerabilibus Fratribus Thomae Ruffo Niceno Cubiculi nostri Praefecto, Ulyssi Josepho Gozzadino Theodosien. Archiepiscopis, Literarum nostrarum in forma Brevis, quae ad Principes scribuntur, Secretario, necnon dilectis filiis Magistris Carolo Columnae Romano Palatii nostri Praefecto, Joanni Dominico Parracciano Romano Auditori nostro, & Curcio Origo Romano in utraque Signatura nostra Re-

ferendariis, libellorum supplicum Nobis porrectorum Secretario Praelatis domesticis nostris ac Fabio de Abbatibus Oliverio Pisauren. Brevis nostrorum secretorum Secretario, Bartholomaeo Massi Montispolitianen. Pincernae, Antonio Mariae Raspono Ravennaten., Rodolpho ex Comitibus Montis Veteris Fanen., Paulo Ubaldino Civitatis Castellii, Nicolao Sala Romano, Alexandro Bonaventurae Urbinatenfi Vestiario, & Eleemosynario secreto, Guido Passioneo Forosempronien. notarum arcanarum Secretario, Jo: Mariae Lancisio Romano Medico secreto, Cubiculariis intimis, seu secretis, & Urbano Roccio Romano Florerio majori itidem Cubiculario secreto, necnon Petro Marcellino Corradino Terracinen. Subdatario. Ac Joanni Paulo de Sanctis Camerinen. Causatario, Petro Severi Feretran., Bartholomaeo Fantono Urbinaten., Ludovico Marocco Romano, Cappellani secretis, necnon Fabricio Felici Urbinaten. ac Josepho Maganza Sarfinaten., Francisco de Magistris Romano, Marino Severo Feretran., & Marco Antonio Adriani Romano respective Civitatum, vel Dioecesium Clericis, seu Presbyteris, vel Laicis Cubiculi nostri adiutoribus, Familiaribus continuis Commensalibus nostris salutem, & Apost. benedictionem.

§.1. Circumspecta (Reliqua vid. Alex. VIII. Constit. 1690, Jan. 12, P. 1.)

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die V. Aprilis MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XVI.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris de Procuratoribus, & Diffinitoribus Generalibus duarum Provinciarum in Insulis Philippinis Congregationis Hispaniae Eremitarum Discalceati: Ord. S. Augustini.

Dat. 15. Apr. 1701. An. 1.

De privilegiis Procuratorum Generalium in Rom. Curia vide Inn. XI. ed. 1677, Dec. 11, P. 2. Et de privilegiis Commissariorum vide sequentem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Antonii a S. Augustino Procuratoris Generalis Provinciae S. Nicolai de Tolentino in Insulis Philippinis Congregationis Hispaniae fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, exposito, quod cum Procuratores Generales d. S. Nicolai, ac Candelariae alterius Provinciae in praedictis Insulis Philippinis, seu Terra firma ejusdem Congregationis Hispaniae coram Tribunalibus, nomine suarum Provinciarum comparere, omniaque illarum bona administrare soliti ex Religiosis literarum scientia praeditis, & magis benemeritis eligi consueverint, vocemque, & votum, sive suffragium in Capitulis Provincialibus dictarum Provinciarum antehac semper habuissent, sed paucis ab hinc annis voto hujusmodi carerent, hinc vero multa inconvenientia sequerentur, Capitulum, & Diffinitorium Generale dictae Congregationis decreverat, ut deinceps Procuratores praedicti dictum votum, sive suffragium semper haberent, & alias prout in parentibus literis desuper emanatis uberius dicebatur contineri. Porro in omnibus Capitulis Generalibus dictae Congregationis Hispaniae ab anno 1672. usque ad annum proxime praeteritum celebratis a Generali Diffinitorio decretum pariter fuerat, ut cuilibet dictarum duarum Provinciarum unus Diffinitor generalis, sicut omnibus aliis Provinciis Hispaniae ejusdem Congregationis concederetur, itant si aliquis earundem duarum Provinciarum filius aptus, & idoneus in Hispania reperiretur, is assumi, sin minus ex Fratribus praedictarum Provinciarum Hispaniae duo Diffinitores Generales hujusmodi pro dictis duabus Provinciis eligi deberent, ac proinde ipse Joannes Antonius, attentio, quod Decretum hujusmodi, ne haec duae Provinciae suis Diffinitoribus in Capitulis Generalibus dictae Congregationis Hispaniae defraudata remaneret, sed ut sic Diffinitorium generale perfectum, & completum redderetur, convenientissimum esset, illud, ac aliud praenarratum Decretum ad favorem praedictorum Generalium emanatum auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium confirmari, ac concedi, ut dictae duae Provinciae suos Diffinitores Generales hujusmodi cum voce, & praesentibus, sicut omnes aliae praedictae Provinciae Hispaniae, ac dicti Procuratores Generales vocem pariter, & votum, sive suffragium in omnibus memoratis Capitulis Provincialibus haberent, summopere desiderabat: eadem Congregatio Cardinalium attenta relatione dilecti filii nostri Josephi Renati dictae S. R. Eccl. Cardinalis Imperialis nuncupati praedicti Ordinis apud nos & Sedem Apostolicam Protectoris sibi super praemissis facta per suum Decretum die 18. Februarii proxime praeteriti editum eidem Josepho Renato Cardinali, & Protectori benigne remisit, ut veris existentibus narratis, & quatenus expedire censuisset, praedictum Decretum Diffinitorii Generalis pro suo arbitrio, & prudentia approbaret, atque confirmaret: Unde ipse Josephus Renatus, Cardinalis, & Protector in vim facultatis sibi sic attributae suum quoque in praemissis Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Joseph Renatus S. Georgii in Velabro S. R. E. Diaconus Cardinalis Imperialis & totius Ordinis S. Augustini Protector = Vigore commissionis, & facultatis a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium emanatae, & de veritate, ac rationabilitate expositorum factis instructi, confirmamus praedictum Decretum Capituli, & Diffinitorii Generalis Congregationis Discalceatorum S. Augustini Hispaniae, & Indiarum, & concedimus, ut Procuratores Generales Provinciarum S. Nicolai de Tolentino in Philippinis, & Candelariae in Terra firma habere semper possint, & habeant votum, & vocem in omnibus Capitulis Provincialibus suarum Provinciarum. Pariter confirmamus aliud Decretum, seu Decreta ejusdem Capituli generalis, & concedimus, ut pro qualibet dictarum Provinciarum S. Nicolai, & Candelariae eligatur unus Diffinitor generalis, prout in aliis Provinciis Hispaniae, qui inter ceteros Diffinitores generales annumeretur, iisdemque

Ex decretis Diffinitorii Generalis facti suffragii d. Procuratoribus Gen. Provinciarum S. Nicolai, & Candelariae

Item cuilibet ed. duarum Provinciarum convocatus fuit unus diffinitor Gen.

Preces Proc. Gen. S. Congregationis, & Reg. oblati pro confirmatione praed. Decretorum.

Decretum Card. Protectoris auctoritate sibi d. Cong. delegata editum confirmans memorata Decreta Capitulorum.

privilegiis, juribus, & facultatibus potatur. Volumus autem, ut praefati duo Diffinitores eligi debeant ex filiis dictarum Provinciarum S. Nicolai, & Candelariae respective, quatenus tempore electionis reperiantur in Hispania aliqui ex his apti, & idonei ad munus Diffinitoris suscipiendum, sin minus eligantur alii ex Provinciis Hispaniae pro praedictis Provinciis Diffinitores. Quae quidem Decreta sic, ut supra, auctoritate jam dicta a Nobis confirmata, & approbata, perpetuis temporibus observari volumus, & mandamus: Non obstantibus quibuscumque. Sic &c. Datum Romae die 28. Februarii 1704. I. R. Cardin. Imperialis.

§.1. Cum autem, sicut dictus Joannes Antonius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Joannis Antonii votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertum a memorato Josepho Renato Cardinale, & Protectore editum, ut praefertur auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.2. Decernentes eandem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, duarum Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Aprilis MDCCI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Preces Proc. Gen. Pontifici oblati pro confirmatione relati Decreti.

Confirmatio Decreti Card. Protectoris.

Clausula.

Dec. 15. Apr. 1701. An.I.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris de Privilegiis Commissariorum duarum Provinciarum in Insulis Philippinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Congregationis Hispaniae.

De Procuratoribus, & Diffinitoribus dicitur Provinciarum vide Constitutionem precedentem. Item sequentem ubi agitur de Vocalibus in Capitulis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Antonii a Sancto Augustino Procuratoris Generalis Provinciae S. Nicolai de Tolentino in Insulis Philippinis Congregationis Hispaniae Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Vener. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod cum Capitulo, & Diffinitorio Generali dictae Congregationis Hispaniae proxime celebrato convenientissimum visum fuisset, ut Commissariis, qui ex Insulis praedictis ad Hispanias ad deducendos Religiosos pro instruendis fidelibus illarum partium in Ministeriis Fidei mitti solebant, aliquid praemium assignaretur, alioquin nullus Religiosus inveniretur, qui propter viginti sex millium, & amplius miliarium dictarum Insularum ab Hispania distantiam tam longum iter suscipere vellet, decreverat, ut Commissarii tam dictae S. Nicolai, quam Candelariae alterius Provinciae in praedictis Insulis, seu Terra firma ejusdem Congregationis Hispaniae, qui statim atque in Hispaniam praemissorum causa pervenissent exemptionibus Exprovincialium, ac voce, & voto, sive suffragio in omnibus Capitulis Provincialibus earundem Provinciarum perfrui valerent, quibus tamen uti nequirent, si in Hispania diutius remaneret, & in easdem Provincias congruo tempore reverti nolent; Ideoque pro parte ejusdem Joannis Antonii eidem Cardinalium Congregationi supplicato, ut Decretum hujusmodi, quo iidem Religiosi ad sponte exercendum hoc charitatis opus invitabantur approbare, & confirmare dignaretur; Eadem Congregatio Cardinalium attenta relatione dilecti filii nostri Josephi Renati ejusdem S.R.E. Cardinalis Imperialis nuncupati dilecti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam, Protectoris sibi super praemissis facta per suum Decretum die 18. Februarii proxime praeteriti editum eidem Josepho Renato Cardinali, & Protectori benigne remisit, ut veris existentibus narratis, & quatenus expedire censuisset, praedictum Decretum Diffinitorii generalis pro suo arbitrio, & prudentia approbaret, & confirmaret; Ipse vero Josephus Renatus Cardinalis & Protector in vim facultatis sibi sic attributae suum quoque in praemissis Decretum edidit, tenoris, qui sequitur videlicet = Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis, & totius Ordinis S. Augustini Protector. Vigore supra scriptae commissionis, & facultatis a Sacra Congregatione Episcoporum,

Ex Decreto Diffinitorii Gen. concessit sive suffragio, ac etiam exemptiones Exprovincialium in Commissariis dd. Provinciae rum S. Nicolai, & Candelariae.

Preces Proc. Gen. Congregationi Episc. & Reg. oblatas.

Decretum Card. Protectoris auctoritate Congregationis editum confirmans Decretum Diffinitorii.

XVII.

& Regularium emanatae, & de veritate, & rationabilitate expositorum satis instructi, confirmamus supradictum Decretum Capituli, & Diffinitorii generalis Congregationis Discalceatorum S. Augustini Hispaniae, & Indiarum, & concedimus, ut Commissarii, quos Provincia S. Nicolai de Tolentino in Philippinis, & Candelariae in Terra firma mittunt in Hispaniam, ad deducendos in easdem Provincias Religiosos, qui illuc fideles instruant, & in vinea Domini laborent, vocem, & votum habeant in Capitulis Provincialibus suarum Provinciarum, necnon honoribus, Privilegiis, & Exemptionibus eorum, qui fuerunt Provinciales in omnibus, & per omnia fruuntur, & gaudeant, statim, ac in Hispaniam pervenerint; quibuscumque in contrarium non obstantibus. Volumus autem, ut si praedicti Commissarii congruo tempore in suas Provincias non redierint, ita ut integrum Millionis suae munus actualiter non expleverint, statim eadem privilegia, honores & immunitates amittant, iisdemque privati, & spoliati ipso facto sint, & esse intelligantur quacumque causa, colore, vel pretextu non obstantibus. Et ita &c. Datum Romae ex aedibus nostris hac die 28. Februarii 1701. L.R. Cardinalis Imperialis. Loco \* Sigilli.

§.1. Cum autem, sicut dictus Joannes Antonius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communitari summopere desideret: Nos ipsius Joannis Antonii votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium a memorato Josepho Renato Cardinale, & Protettore editum, ut praesertur auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & in futurum quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit duarum Provinciarum, ac Congregationis, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis,

Preces Proc. Gen. Pontifici oblatas pro relati Decreti confirmatione.

Confirmatio Decreti Cardinal. Protectoris.

Clausula.

Dec. 30. Apr. 1701. An.I.

cellis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterique contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscator. die XV. Aprilis MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XVIII.

Conceditur facultas celebrandi Capitula Provincialia singulis Provinciis Congregationis Italiae Eremitarum Discalce. S. Augustini.

Ab Alex. VII. redactus fuit numerus Vocalium ad trinarium ex unaquaque Provincia. Et ab Urban. VIII. an. 1631. suppressa fuerunt Capitula Provincialia. Quae postea concessa fuerunt Provinciae Germanicae. Ab Inn. XII. Const. ed. 1692. Jun. 30. P. 1. Hujus Pontific. Constitutione praecedenti agitur de suffragio Commissariorum Insularum Philippinarum, & Const. ed. 1702. Dec. 24. P. 2. de suffragio consanguineorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii vocales Capituli Generalis Congregationis Italiae Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum in hac Alma Urbe nostra novissime celebrati, quod cum eo tempore, quo dicta Congregatio instituta, & a Sede Apostolica approbata fuit parvas esset ejus Religiosorum numerus, ac omnes Priores, & Discreti singulorum illius Conventuum ad Capitulum Generale ipsius Congregationis concurrerent, notitia qualitatium, & meritum Fratrum magis idoneorum, & virtute praedictorum facile habebatur: Sed postmodum dicta Congregatio aucta, & in multas Provincias, tam intra, quam extra Italiam crectas divisa, ac vocalibus illius Capitulorum Generalium, qui duo erant pro singulis Conventibus ad tres tantum pro unaquaque Provincia juxta dispositionem fel. rec. Alexandri PP. VII. Praedecessoris nostri literarum, quarum initium est = Militantis Ecclesiae = reductis, quia illi soli Religiosos ad officia totius suae respective Provinciae eligendos pro suo arbitrio proponunt, experientia compertum fuit, multas inde factiones, & divisiones in Congregatione praedicta introductas, ac quosdam Fratres parum, aut nullo modo habiles, vel idoneos ad exercenda Provincialium, Priorum, & alia nonnullarum Provinciarum ejusdem Congregationis officia promotos fuisse, Provinciaeque hujusmodi in magna adhuc perturbatione reperiuntur, timetique potest ne etiam in futurum tota ipsa Congregatio, & regularia illius Instituta conturbentur; ac proinde ipsi Exponentes considerantes, quantum Provinciae Germaniae dictae Congregationis profuerit celebrationem Capituli sui Provincialis illi alias per quoddam Decretum in Capitulo Generali dictae Congregationis anno 1692. editum, & subinde a rec. me. Innocentio PP. XII. Praedecessore pariter nostro

Initio duo ex singulis Conventibus fuit tres ex unaquaque Provincia auctoritate Apostolica Capitulis Gen. instituerunt.

Hinc divisiones ortae.

Preces Capituli Gen. pro celebratione Capitulorum Provincialium instar Provinciae Germanicae, & contrariorum derogatione.

confirmatam concessam fuisse, aliis quoque omnibus Provinciis ejusdem Congregationis Capitula sua Provincialia eisdem modo, & forma, ac cum eisdem privilegiis, gratiis, indultis, jurisdictione, & auctoritate, quibus dicta Germaniae Provincia vigore concessionis ejusmodi Capitulum suum Provinciale celebrat, celebrandi facultatem a nobis concedi, ac ad eum effectum tam praedictis Alexandri Praedecessoris super memorata Vocalium reductione an. 1659. quam similis mem. Urbani PP. VIII. etiam Praedecessoris nostri literis, quarum pariter initium est = Militantis Ecclesiae = Super Capitulorum, & Diffinitorium Provincialium dictae Congregationis suppressione anno 1631. respective emanatis, ac Constitutionibus ejusdem Congregationis auctoritate Apostolica confirmatis, in quibus neque Priorum, neque Capitulorum Provincialium ulla mentio facta reperitur, derogari plurimum desiderant, omnesque in Aula supradicti Capituli Generalis congregati suum ad id consensus per vota secreta praestiterunt, ita scilicet, ut omnes Superiores dictarum Provinciarum, & omnia alia illarum officia pro hac vice tantum ad triennium durent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R. Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui rem mature discusserunt, consilio, omnibus, & singulis Provinciis praedictis petita Capitula sua Provincialia ad instar dictae Provinciae Germaniae, sicut praemittitur celebrandi facultatem tenore praesentium concedimus, & impartimur, auctoritate Apostolica salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus dicti Alexandri, & Urbani Praedecessorum literis, aliisque Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, ac Congregationis Italiae, illiusque Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque;

Concessio facultatis celebrandi praedicta Capitula Provincialia.

Clausula.

Indultis, & literis Apostolicis in contrarium pramissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad pramissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam imprellis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscator. die XXX. Aprilis MDCCCL. Pontificatus Nostri anno Primo.

XIX.

Eligitur Eminentissimus Card. D. Joseph Renatus Imperialis in Praefectum Congregationis Boni Regiminis.

Erecla fuit d. Congregatio a Clem. VIII. Const. ed. 1592. oct. 30. P. 1. Et a Clem. XI. altero Chirographo ed. 1704. oct. 1. P. 4. subjiuntur huic Congregationi omnes Communitates. Item Const. ed. 1701. Feb. 1. P. 1. instituta fuit Congregatio sublevaminis pro Alma Urbe. Et Const. ed. 1714. Mar. 24. P. 14. statuuntur nonnulla pro Arte agraria.

Causa hujus Chirographi.

Everendiss. Cardinale Giuseppe Renato Imperiali. Sin dal principio del Nostro Pontificato uno de' maggiori pensieri, che avemmo, fu quello di provvedere al buon governo, ed amministrazione de' Beni delle Comunità del Nostro Stato Ecclesiastico, e che le Cause, e negozj, ne quali avessero interesse, fossero spediti con tutta la celerità possibile per isfuggire ogni sorte di spese; E perciò essendo appieno informati della vostra sperimentata attenzione, e del zelo, che sempre avete avuto, particolarmente a favore delle Comunità, vi deputammo senza segnarvi il Chirografo, per Prefetto della Nostri Congregazione del Buon Governo; ed ora volendo, che non si possa dubitare della validità di quello, che sin'ora, come Prefetto, avete fatto, e per l'avvenire farete, abbiamo determinato deputarvi di nuovo, come in appresso; Onde con il presente Nostro Chirografo, avendo per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualunque cosa necessaria da esprimersi, e che ricercasse specifica, & individuali menzione, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostri assoluta Potestà, di nuovo vi eleggiamo, e deputiamo per Prefetto della detta Nostri Congregazione del Buon Governo, con tutti li onori, pesi, giurisdizioni, preminenze, autorità, e facultà solite goderli da simili Prefetti, e rispettivamente conceduteli tanto da Clemente VIII. nella Bolla dell'erezione di detta Congregazione, quanto da altri Nostri Predecessori, ed in oltre (non però per le Cause contentiose, quali vogliamo, che si debbano conoscere nella piena Congregazio-

Electio praedictae concessionis plurimum facultatum.

ne nel modo sin'ora praticato) vi diamo facilità di poter tenere in vostra Casa Congregazione particolari, ed ivi pigliare le provisioni, e fare le risoluzioni, che stimarete espedienti, ed utili per la buona economia delle dette Comunità; e ancora di potere tanto nelle Congregazioni piene, quanto nelle dette particolari ordinare riparazioni di mura de' Luoghi, Strade, e Ponti, conforme astringere a contribuire o con denari, o con Persone secondo le loro qualità per l'opere dette del comune qualsivoglia, ancorché privilegiato, ed esente, non ostante li loro privilegi, ed esenzioni, e di commutare, e trasportare qualche Dazio, o Colletta, che si pagasse di presente, in altro, che si giudicasse profittevole, ed utile a dette Comunità, e di ordinare l'esecuzione di tali risoluzioni nel modo, che vi parerà, come se fossero state fatte nelle piene Congregazioni, essendo questa mente, e volontà Nostri espressa.

§.1. Volendo, e decretando, che il presente Nostro Chirografo da registrarli in Camera, secondo la Bolla di Pio IV. de registrandis, abbia il suo pieno effetto, e vigore, non ostanti qualsivoglia privilegi, esenzioni, costituzioni, ed ordinazioni Apostoliche Nostre, e de' Nostri Predecessori, leggi civili, e Canoniche, statuti, riforme, usi, filii, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo il loro tenore qui per espresso, per questa fol volta, e per l'effetto suddetto pienamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico in Vaticano. Questo di 4. Maggio 1701.

XX.

Erigitur Collegium studiorum sub invocatione Nominis Jesu in Coenobio Urbinateni Ord. Min. Conventualium. Huic Collegio conceduntur privilegia concessa Collegio S. Bonaventurae de Urbe.

A Sixto V. Constitut. edit. 1587. Janu. 1. Et hujus Pontificis Const. ed. 1710. Jan. 10. P. 10. confirmantur regulae Collegii Missionariorum in Coenobio Assisensi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili divinae sapientiae consilio Catholicae Ecclesiae regimini meritis licet imparibus praesidentes, sacrarum eiusque ancillarum bonarum literarum studia praesertim inter Christianifideles divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo addictos opportunis rationibus fovemus, & promovemus, ac pastoralis officii nostri partes peculiari desuper charitate interponimus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, Catholicae Religionis incrementum, & praesidium, ac etiam nostrorum, & hujus Sanctae Sedis in temporalibus subditorum, decorum, commodum, & utilitatem expedire in Domino arbitramur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Diffinitores Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum in Conventu SS. Duodecim Apostolorum de Urbe dicti Ordinis novissime

Clausula.

Dat. 30. Maji 1701. An. 1.

Exordium.

Adducuntur plures rationes pro erectione d. Collegii.

sime celebrati, quod licet Provincia Marchiae ejusdem Ordinis inter eas Provincias numeretur, quae Conventibus, & Fratibus magis abundant, ac Provincia primae classis nuncupetur, nihilominus nullus in ea adeat Conventus in quo Collegium studii erectum reperitur, indeque sit, ut Religiosi ejusdem Provinciae, qui se in studiis, & Regentibus tertiae, secundae, & primae classis Ordinis hujusmodi diu exercuerunt ad Regentibus Collegiorum ejusdem Ordinis, quemadmodum ad gradus Paternitatis Provinciae consequendas per Constitutiones ipsius Ordinis auctoritate se. re. Urbani Papae VIII. Predecessoris nostri confirmatas requirunt, difficile promoveri valeant.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat in Conventu Civitatis nostrae Urbinaten. Provinciae praedictae studium quidem primae classis Ordinis supradicti habeatur; si vero in hoc eodem Conventu unum Collegium pro duobus Regentibus, decem Collegialibus, & duobus Baccalaureis erigi contingeret, non modo Fratres dictae Provinciae, sed etiam Saeculares ejusdem Civitatis, in qua Universitas studii generalis erecta reperitur, ad literarum studia magis excitarentur, nec per erectionem Collegii hujusmodi consuetus Collegialium, ac consequenter etiam Magistrorum dicti Ordinis numerus ullatenus auferretur, attento, quod ad effectus ejusmodi erectionis dilecti pariter filii Fratres Provinciarum Neapolitan., & Bononien. ejusdem Ordinis consentiant, ut a Neapolitan. quidem septem, a Bononien. vero Provinciarum hujusmodi Collegiis tres Collegiales respective segregentur, quin imo, nec Conventus Urbinaten. predictus ullo exinde majori, quam antea onere gravaretur, cum in eo aequalis, ac de presenti habetur, Religiosorum numerus habetur, ac tres Lecturae, Logicae scilicet, Philosophiae, & Metaphysicae, quae ibidem sub nominibus Baccalaurei Conventus, Magistri artium, & Magistri studii de presenti adsunt, a dictis Collegialibus de cetero exercerentur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur, qui dictum Ordinem, cujus egregia constant in Ecclesia Dei merita, ac Civitatem Urbinaten. praedictam Patriam nostram dilectissimam, literarum studii, & virtutibus magis magisque in dies florere propensis desideramus affectibus, ipsorum exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiarum, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, in praedicto Conventu Urbinaten. unum Collegium sub invocatione Sanctissimi Nominis Jesu pro duobus Regentibus, & decem Collegialibus, ac duobus Baccalaureis Ordinis praedicti professoribus, cum omnibus, & singulis privilegiis, praerogativis, praereminentibus, gratis, & Indultis Collegio Sancti Bonaventurae in primodicto Con-

Proces Diffinitorum Capituli Gen.

Causa hujus Constitutionis.

Ereclio dicti Collegii pro 2. Regentibus, 10. Collegialibus, & 2. Baccalaureis cum privilegiis Collegii S. Bonaventurae de Urbe.

ventu dudum a re. mc. Sixto Papa V. praedecessore pariter nostro per quasdam ejus literas anno Incarnationis Dominicae 1587. Kal. Januarii emanatas erecto, & instituto, etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque concessis, & attributis, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Conventuum Provinciae, & Ordinibus hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXX. Maji MDCCCL. Pontificatus nostri anno Primo.

XXI.

Conceditur scholaribus Coenobii Sancti Augustini Eremitarum S. Aug. Civitatis Lagunae in Insula Tenarifa facultas suscipiendi gradus scholasticos in eodem Coenobio.

Eadem facultas concessa fuit Alumnis Provinciae novi Regni Granaten ab Innoc. XII. Const. ed. 1694. Apr. 24. P. 4. Et hujus Pontificis Const. ed. 1710. Maji 20. P. 10. augetur numerus Magistrorum Provinciae Chilen. Eremit. S. Augustini.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii, quo Ecclesiae Catholicae per universum Terrarum Orbem diffuse regimini divina dispositione praesidemus, sollicitudo Nos admonet, ut sacrarum, bonarumque literarum studia per quae depulsis ignorantiae tenebris veritas elucescit, Religio augetur, ac fides Catholica roboratur, & propagatur ubique locorum, & praesertim in remotis ab hac Sancta Sede partibus, opportunis rationibus, & peculiaribus favoribus, ac gratis confovere, & promovere satagamus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres, & Scholares Conventus Sancti

Clausula.

Dat. 4. Junii 1701. An. 1.

Exordium.

Rationes pro d. facultate obtinenda.